N. 1987.

CURRENDA X.

A. D. 1859.

N. 1631.

Rozporządzenie względem zbierania i zachowania Dziennika Praw Państwa lub innych c. k. Rozporządzeń... i upominania się o zeszyty nieodebrane i t. p.

Wys. c. k. Rząd Krajowy pod dniem 22. Maja r. b. L. 12230 oznajmił Nam Rozporządzenie Wys. c. k. Ministerstwa Wyznań i Oświecenia z d. 12. Kwiet. r. b. L. 343, mocą którego nakazuje się, aby 1) Dziennik Praw Państwa, tudzież Rozporządzenia Rządowe uważać za własność tych zakładów, dla których się posełają; i dla tego wciągać takowe do inwentarza a na końcu roku dawać oprawić. 2) Oznaczać kogo z podwładnych do utrzymywania ich w porządku i całości z odpowiedzialnością; w razie nieustanowienia takiego uważać przełożonych za odpowiedzialnych. 3) Po 4 tygodniach od dnia wydania Dziennika i t. p. upominać się o nieodebrany zeszyt w Drukarni Rządowéj; inaczéj osoba odpowiedzialna braki na własny koszt zapisaćby musiała; 4) Przed wystąpieniem lub przeniesieniem osoby utrzymywaniem takowych pism się trudniącéj powierzony jéj zbiór według inwentarza od niéj odbierać, a 5) Po zgonie takiéj osoby pociągać spadkobierców do nadgrodzenia braków.

Ponieważ Wójcia i Urzęda dekanalne odbierają dotąd Dziennik Praw Państwa, a Parochowie dawniéj go pobierali; ponieważ ciż wszyscy Rozporządzenia drukowane Rządowe otrzymują, nie podlega wątpliwości, że osnowa powyższego Rozporządzenia ich się nie mniéj tyczy; wzywamy tedy na mocy jego, Szanowne Duchowieństwo, aby czuwały nad wykonywaniem takowego Rozporządzenia w kancelaryach swoich... a mianowicie dawszy zbiory te oprawić wciągnęli tak XX. Plebani jako i XX. Dziekani do inwentarza, i utrzymywali je w miejscu bezpiecznem, aby za braki przy oddawaniu albo sami albo spadkobiercy nie byli skazani do wynadgrodzenia. Z posiedzenia 14. Czer. 1859.

Nr. 1955.

Conservatio actorum, documentorum, librorum, aliorumq. ad inventarium spectantium... in ordine et bono statu... iterum inculcatur.

Non obstantibus respectivis Ordinationibus Nostris a) *ordo, qui est anima rerum*, in conservandis actis correspondentiarum intuitu jurium ecclesiæ, beneficii aut nosocomii, scholæ, reparationum &c. actis matrimonialibus, &c. juxta annos in fasciculis cum philura involu-

crali, quæ haberet acta conscripta in ea asservata; variis in locis desideratur et b) *conservatio,* simpliciter, et eo minus *conservatio* rerum a Beneficiatis, quibus cura cunctorum ad Ecclesiam, beneficium &c. pertinentium commissa est, in *bono statu;* seu *melioratio* per multos declinatur; inde tristis experientia, quod plures post obitum inveniantur *infideles villici, reprobi* sponsæ Christi sponsi, condemnenturq. ad resarcienda damna ecclesiæ et beneficio illata, per Instantiam *civilem...* quæ autem melioratio post mortem e massa defuncti *infidelis Custodis* aut nunquam, aut sero nimis subsequitur. Quanta cavillatio Cleri per civiles Magistratus, quanta per parochianos ipsos vituperatio; quanta contumelia pro iniquo servo ob dilapidata ecclesiæ bona, quæ erant *patrimonium* ejus! Imo pro dolor! varia acta supra memorata, liber gestionis, bannorum, promulgationum; documenta; consignationes capitalium et prænotationes censuum ab eis, philuræ Missarum e fundo religionis cum prænotatione persolutionis, liber implendarum obligationum, aut Conspectus fundationum nuper approbatus, Tabella pro Sacristia applacidata, Currendæ... aut disjecta variis in locis latitant, aut plane non inveniuntur. Sic etiam Libri matricales vetustiores, libri rituales laceri reperiuntur; imo priores destruuntur, ita quoq. *raptualia* Natorum; libri quoq. bibliothecæ parochialis in Sacristia aut in domo plebanali non *occlusi* reconduntur; res beneficii aut ecclesiæ in buchh. inventario consignatæ quoadusq. usurpari queunt, adhibentur; destructæ tandem nec reparantur nec novæ in earum locum substituuntur. Curati, qui reditibus beneficii sustentantur, se nonnisi redituum cunctorum considerant legitimos possessores, ast nequaquam juxta Canones, ecclesiam quoq. et pauperes. Nonnulli penes ecclesiam, quam derelinquunt, varia e reditibus ecclesiæ dictæ seu beneficii comparaverunt, e. g. cereos, casulas, albas, umbraculum... ast ad aliud beneficium translati, illa secum asportant. Exinde inter alia non famam, sed contumeliam desertorum parochianorum deportant ad novum beneficium.

Ejusmodi Clerum diffamans et coram Deo condemnans oeconomia animum consternit Nostrum, atq. iterum recoquentes vetera, obtestamur Cunctos, ut 1) Debito in *ordine* conservent acta, documenta, consignationes, libros, &c. 2) Conservent in scrinio forulis proviso, (w szafie z przegródkami)... et sera occluso. 3) Res inventeriales non solum conservent quoad *numerum* sed quoad *qualitatem* quoq. reparando, novasq. in locum destructarum substituendo. 4) Perillustres Decani a) jam ordini asservationis, jam asservationi ipsi, præprimis meliorationi invigilent, utique coram Nobis, Civitate nec non Deo Judice strictissimo responsabiles. b) Inventarii buch. Copiam præsto habeant, juxta quod sub visitatione Sua lustrare valeant res inventariales. c) Quæ semel penes aliquam ecclesiam comparata sunt, inventario inserantur aut ceu incrementa sub numeris novis, aut ceu substituta pro laceris, destructis sub Numeris antiquis in Copia Inventarii Decanalis et parochialis. d) Res hæ novæ sub *novis numeris* in locis inventarii competentibus, infra Cathegorias ejusdem tenoris exhibeantur e. g. calices post calices, Casulæ albi coloris post casulas ejusdem coloris; pluvialia etiam post pluvialia respectivi coloris; albae post albas &c. Hi *novi* numeri, quia nu-

meri inventarii sunt jam continui, non *novi* apponantur, sed ultimus cathegoriae repetatur cum numero minusculo in apice e. g. numerus ultimus casularum albi coloris si esset 30. tunc repetatur et nova casula adducatur *prima* sub numero 30[1] *secunda* sub 30[2]. Si vero spatium intra Cathegorias deesset, aut in adnotatione aut in plagella separata adsuta, aut in fine inventarii adscribatur. Ob hanc circumstantiam necessitas apparet, penes inventarii copiae confectionem spatia pro incrementis post quamlibet Cathegoriam, pro qua speratur accessio, relinquendi congrua. e) Copiam hujus insertionis, substitutionis, ampliationis confectam Nobis submittant, ad Inc. c. r. Officium rationum expediendam. f) Impedire conentur, ne res ex una ad aliam ecclesiam ab Egredientibus asportentur. Beneficiatus, qui pauper ingressus est ecclesiam, et dein ditior factus gratiam a Deo consecutus est, quidqm redituum in comparationem rerum ecclesiasticarum convertendi, pro hac gratia memoriam seu documentum charitatis gratitudinisve relinquat penes ecclesiam propriam. g) Nullatenus quoq. patiantur penes traditionem temporalium, ut pretium inventarii *vile* pro equis, aut vaccis &c. deponant, ast peccus ad novam stationem deducant saginatum... utiq. non e puro titulo sed e *sacra auri fame*, quae nunquam saturabitur; imo omnem moveant lapidem, ut gratos gratissimosq. se exhibeant erga sponsam, quae ipsis quotidie beneficia praestabat, et nova praestitura sit nova, continua. *Spoliare* sponsam tam beneficam, quanta esset injuria, quanta responsabilitas!

E sess. 7. Jul. 1859.

N. 1954.

Catalogus juventutis ad frequentandam Catechesim obligatae ubiq habeatur.

Boni pastoris juxta eloquium Evangelii est, noscere oves, vocare eas nominatim, ducere ad pascua pinguia... Ast has muneris sacri partes quomodo exacte explere valeret, nisi oviculas varii generis consignatas haberet?! Quare jam dudum a Praedecessoribus Nostris ordinatum conspicimus catologum cunctorum, praeprimis ad Confessionem capacium et singulariter juventutis ad frequendandas catecheses usq ad 18. annos obligatae. Verum hoc etiam saluberrimum mandatum rarissime executioni datum comperimus. Idcirco ne offiicio nostro deesse videamur, nunc, aestivo tempore ubi Catecheses et in ecclesia et in pagis ab ecclesia remotioribus, licet unus solummodo penes Ecclesiam esset Sacerdos, juventuti propinandae sunt, in memoriam revocamus illud; volumusq et volendo praecipimus, ut ubiq, pro omni loco, quo doctrina catechetica seminanda venit, introductus sit catalogus, qui contineat nomina obligatorum, nomina parentum aut herorum (gospodarzy) numerum domus, et annorum, dies catechisationis, ut ope ejus Catecheta, Parochus et Cooperator, notitia gaudeat desuper, quot et quales oviculas pascendas habeat, et num omnes pascua frequentent, quia omnes pascendae sunt. Pro capienda notitia, ubi copiosiores deprehenduntur abesse, legatur iste *catalogus*, aut in capella, schola, loco seu domo congregationis, et absentes suo in loco per signum *absentiae* adnotentur nec non causa absentiae exploretur et adnotetur. Qui ob causam non justificatam se absentarent, aut ipsimet, aut eorum parentes, curatores, heri citandi, monendi, re-

prehendendi, adigendi sunt ad obsequendum juxta Mandatum Salvatoris Nostri: *Compelle intrare.* Prudens ac zelozus pastor parochianos quoq. stimulare non cessabit mediis accomodatissimis ad submittendos currus pro excursionibus. Salvator mundi quaerebat parvulos et prohibebat discipulis eos a se removere, dicendo: *Sinite parvulos venire ad me,* talium est enim regnum *coelorum et angeli eorum semper vident faciem Patris... cavete, ne eos* negligendo instruere *contemnatis,* quia accusarent Vos angeli eorum coram Patre et Filio Judice, *qui venturus est cum gloria judicare* de Vestro neglectu; potius efformetis ex eis angelos, faciatis Vobis ex eis amicos, qui pro Vobis exorent benedictionem divinam sternantq. viam ad tabernacula aeterna. Die 7. Juli 1859.

N. 1937.

Relatio de Parochis, qui nil pro ecclesia repararunt aut compararunt, in operato Visitationis Decanalis exhibeatur quoque.

Perillustres Decani conscientiosiores quotannis inter alia recensent illos parochianos, nec non Parochos, qui beneficiorum a Deo et a Sponsa Christi acceptorum memores, varia conferunt dona atque notabiles quotas pro decore Domus Dei. Parochi ejusmodi officio honoriq. sibi ducunt, partem redituum beneficii in Sponsae Christi ornamenta cedere saepe saepius... et qui ceu laude et benedictione digni in Currendis Nostris omni anno alios Confratres excitandi ergo publicantur. Quoniam nihilominus inter Confratres reperiuntur haud pauci, qui a tempore Installationis jam remotissimo huccusq. per tantum spatii curriculum etsi fruantur beneficii reditibus fruanturq abundantius et jam thesaurum Sibi e bonis Sponsæ congessisse ferantur, parum reparaverint et nil novi comparaverint; silentium interrumpendum esse statuimus, obsecramusq. in Domino ejusmodi Curatos decorem domus Dei non curantes, quatenus thesauros etiam hac ex parte congregare inchoent, qui non *veterascunt*, non *deficiunt in coelis...* obstringimusq. simul Perillustres Decanos cunctos, ut in operato Visitationis Suæ adducant quoq. illos Parochos, qui officio huic urgentissimo hucusq. defuisse noscuntur, ac insuper eos excitent, ut sese sponsos Sponsae Christi solertiores exhibeant, nec non Ipsis indigitent cuncta, quae aut reparanda, quaeve procuranda sint.

Demum cunctis Venerab. Presbyteris ad ruminandum heic apponimus, quae S. Apostolus Paulus ad Timotheum, Sacerdotem, in 1. Epist. c. 6. scribit:

„*Charissime! est* quaestus (zysk) *magnus*, pietas cum sufficientia“ *Nihil einim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt* divites *fieri, incidunt in tentationem et in* laqueum *diaboli et desideria multa inutilia et nociva, quae mergunt homines in* interitum *et* perditionem. *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo Dei! haec fuge.*“

N. 1298.

Collectio pro infelicibus incolis in Brody commendatur.

In sequelam Requisitionis Exc. c. r. Cracov. Regiminis Provincialis de 17. Junii a. c. N. 16881 provocamus Ven. Clerum, quatenus vocem rursus attollat, collectionem inter fidelem populum instituat, ad quotam collectam suum pro incolis urbis Brody, incendio 5. Maji a. c. ad incitas redactis adjiciat, horsumq. mediante Ven. Offo Dec. respectivo ipsam sine mora promoveat. Praeprimis illi Parochiani ad hoc opus misericordiae excitentur, qui ratione consequendi gratiam Jubilaei nedum eleemosynam contribuerunt, licet alias ad hoc conditiones expleverint. E ses. 1. Julii 1859.

N. 1690. 1714. 1731, 1786. 1850. 1851. 1852, 1957. 1823. 1735. 1330.

Novi Benefactores publicantur.

I. E *Decanatu Żywiec*, pro *Czarnydunajec* a R. Wencelis Coop. Żywiec. 1 fl. 5 kr. a Magisterio scholæ norm. Żywiec. et trivial. Jeleśń. 4 Rh. 5 kr. pro ecclesia PP. Dominicanorum Cracov. e *Jeleśnia*, Rychwałd et Witkowice 1 fl. 30 kr. V. A.

II. E *Dec. Wielop.* nimirum e *Brzeziny* pro Czarnydunajec 20 fl. V. A.

III. Ex aliis parochiis, pro *Czarnydunajec* ut e *Mogilany* 15 fl. e *Lisiagóra* 23 fl. 10 kr. e *Kolbuszowa* 20 fl. V. A. et e *Maków* 14 fl. 30 kr. C. M. pro ecclesia in Czarnydunajec, pro *Infantia Jesu* e Conventu Sctimonialium *Vetero-Sandec* 5 fl. C. M. In rem ecclesiæ PP. Dominicanorum 60 Missæ a Perill. Eduardo *Scherscheń* Professore et Catecheta hujate et e *Zasów* 3 fl. C. M. e *Niepołomice* 23 fl. pro Missionibus et 3 fl. C. M. pro incolis per incendium miseris.

N. 1858. 1929. et 1930.

Gratiarum actio et excitatio in rem Societatis Leopoldinae, Infantiae Jesu et Nosocomii in Stockholm.

Grates rependit summas Ven. Directio Centr. Societatis Leopold. pro 400 fl. in rem Missionum Americanarum; Ven. Consilium Societatis Infantiae Jesu pro submissis e Jubilæo 51 Rh. 60 c. nec non Ven. Directoratus Societatis S. Severini pro 92 fl. 56 c. V. A. ex eodem Jubilæo in favorem nosocomii Stockholm &c. collectis, commendantq. hæcce Instituta ulteriori curæ Venerabilis Cleri, Quem hisce salutamus ac benedicimus.

N. 1073.

Restaurationes et comparationes pro Ecclesiis et aedificiis....in Decanatu Neo-Sandec. juxta operatum Visit. ex A. D. 1858. etc. subsecutae.

1. In *Chomranice* a) depicta est de novo tota ecclesia, altaria renovata Rh. 420, ad quos A. R. Lewicki Paroch 80 fl. C. M. contulit. b) comparatum pluviale album expensis praelaudati Curati 44 fl. c) duo vexilla (sztandary) nova comparata 67 fl. d) comparatum baldachinum novum 21 fl. 48 x. peculio memorati Ven. Parochi. e) pluviale nigri

coloris 32 fl. 40 x. f) casula coloris violacei 21 fl. 24 x. g) casula coloris rubri 35 fl. h) casula coloris albi Magnif. Dom. Apolinaris de Zieliński 36 fl. i) pavimentum (posadzka) lapideum novum 84 fl. 24 x. inter quos 14 fl. 24 x. C. M. e marsupio A. R. Esiae Rectoris. Summae reliquae pullulant e liberis parochianorum oblationibus.

2. In *Jakóbkowice* a) mcoparata sunt 6 candelabra (lichtarze) pro majori altari e ligno et deargentata 38 fl. 59 x. b) comparatum novum pluviale albi coloris 24 fl. 52 x. c) nova casula albi coloris 18 fl. 46 x. d) reparatae erant tres casulae 5 fl. 12 x. e) comparata est nova imago B. V. Mariæ dolorosæ; pictor erat Cracov. ex melioribus 20 + 7 fl. 30 x. f) residentia parochialis erat de novo circumsepta; materialia suppedit. M. Collatrix 16 fl. 44 x. In his summis comparet quota gener. 112 fl. 3 x. e marsupio A. R. Gabryelski Grati Curati Decanive &c. et 20 fl. C. M. e libera oblatione.

3. In *Kamionka*. a) deauratus est calix 6 fl. e libera oblatione parochianorum et 5 fl. C. M. expensis A. R. Mieszczak Curat. b) comparata crux ad Altare Transfigurationis D. N. J. Xti ex metallo 11 fl. e liberis oblat. c) palleolum sericeum album ad pixidem 3 fl. a Prælaudato Parocho. d) factæ erant portæ ad horreum, ad curribulum, ad cameram stabuli, reparata pars tecti ex repartitione 18 fl.

4. In *Męcina*. a) casula albi coloris 35 fl. b) Bursa ad portandum s. Viaticum 5 fl. c) reparatum est tectum sacristiæ 3 fl. C. M. omnia ab A. R. Wąsikiewicz parocho.

5. In *Mystków*. a) pars tecti ecclesiæ meridionalis contecta, turris intus reparata, necessaria pro schola comparata, pavimentum in habit. plebani, fornax &c. &c. 181 fl. e repartitione. b) altare majus penitus renovatum 120 fl. e liberis oblationibus. c) 6 candelabra renovata 18 fl. e lib. obl. d) Crux ex metallo renovata 4 fl. ab A. R. Sarna Par. e) Crux processionalis 3 fl. ex oblationibus. f) Insignia resurrectionis Domini 3 fl. ex obl. g) Lampas coram Sanctissimo deargentatum 3 fl. ex obl. h) 4 imagines renovatæ 6 fl. a præcitato Curato. i) adhuc imagines reparatæ et renovatæ 3 fl. e liberis oblat. k) feretrum 8 fl. e lib. obl. l) crux inserviens ad exportas defunctorum renovata 30 x. m) 12 candelabra ad castrum doloris renovata 2 fl. n) Crux in sacristia renovata 10 x. o) antipedium donum 311. Collatoris filiarum pretio circiter 12 fl. p) casula albi coloris nova 22 fl. q) donata dwa sznurki koralików drobnych 2 fl. r) firanki do obrazu 2 fl. s) ut ramæ circa Crucifixum deargententur 3 fl. t) donata mappa pro altari majori a M. Collatrice 2 fl. u) pavimentum in presbyterio novum datum 20 fl. w) muri ecclesiam circumdantes sunt lapidibus jam in parte tecti 36 fl. x) pro comparando novo calice obtulit unus benefactorum 30 fl. C. M. Cuncta a largis Parochianis præter illa sub l. m. n.

6. In *Tęgoborza*. a) Ecclesia novo tecto provisa, similiter et signatura et granarium ex repartitione 200 fl. b) Lampas ad Sanctissimum nova comparata 10 fl. C. M. a Largitoribus.

7. In *Ujanowice*. a) Ecclesia tecta est ex parte septemptrionali et domus Organarii

tota e repart. 419 fl. b) ædificatum est stabulum 100 fl. e repart. c) in ecclesia excurrendali in Kamionka parietes sub turri asseribus novis explanatæ 30 fl. C. M. e liberis oblat.

8. In *Wielogłowy.* a) pluviale violacei coloris 32 fl. a parochianis et 5 ab A. R. Rybicki Curato. b) casulæ et duæ dalmaticæ donatæ per Mag. Dom. Mysłowska ex Comitibus Lanckorońskie 180 fl. et a prælaudato Parocho 5 fl. 30 x. c) alba nova 10 fl. per Ven. Parochum. d) Habitatio pro Parocho nova ædificata et nondum penitus adaptata est circa 300 fl. inter quos e liberis oblat. 80 fl. et a Grato Parocho loci 60 fl. C. M.

11. In *Zbyszyce.* Reparationem omnium ornamentorum et librorum ecclesiæ Parochus loci A. R. Gnutkiewicz suscepit 18 fl. C. M.

E reliquis ecclesiis nihil comparatorum in Operato Visitationis adducitur. Omnibus his Largitoribus gratiarum actio atque benedictio pro tanta in Deum gratitudine. Utinam omnes qui parce aut nil in decorem Domus Dei contulerant, suam gratitudinis pro beneficiis div. &c. obligationem agnoscant et exequi properent!

L. 1983.

Kwerenda aktu Chrztu ś. p. Leona Strzeleckiego za nagrodą 10 ZR. W. A. poleca się.

P. Stanisław Strzelecki Radca Magistratu Krakow. pod dniem 12. Lipca r. b. uprasza o wyszukanie aktu chrztu ś. p. *Leona Strzeleckiego* dziada jego w Obwodzie Tarnowskim pomiędzy rokiem 1755 i 1766. najprawdopodobniéj około r. 1761 z Jana i Agnieszki *Soleckich* małżonków urodzonego i ofiaruje prócz zwrotu kwoty za markę 10 ZR. W. A. za kwerendę i wyciąg onegoż, lub gdyby Przesełający przyjąć téj kwoty nie chciał, na rzecz ubogich Jego parafii złożyć deklaruje.

Prośbą i ważnością przedmiotu spowodowani wzywamy Szanowne Duchowieństwo szczególniéj *Obwodu Tarnow.* do wyszukania Aktu wyż wspomnionego i nadesłania wyciągu na końcu m. *Sierpnia* r. b.... albo uwiadomienia na ręce swego P. T. Dziekana w razie udaremnionéj kwerendy.

Z 14. Lipca 1859.

Casus liturgici.

I. Nonnulli ad *Introitum* in Missa de *Requiem*, signant se; alii non signant se, verum crucis *signum* super librum faciunt et sinistram pectori admovent &c. qui eorum Rubricis respectivis se conformant?

Illi, qui se non signant, sed signum super librum .... conficiunt; Rubrica etenim resp. Missalis ita sonat: *Cum celebrans ad Altare incipit* Introitum, non signat se, *sed manu dextera extensa, facit* signum crucis *super librum quasi aliquem benedicens.* Gavant ad verba: *Non signat se*, in Part. II. Tit. XIII. sub p. observat: „Facit crucis signum, quasi versus Defunctum, seu Defunctos, pro quibus celebrat, sinistra vero super librum ponitur. S. R. C. die 7. Sept. 1816 dicit: Ad introitum Celebrans non *se signat,* sed

manu dextera extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens, sinistra non pectori admota, sed interim super altare deposita.“

II. Quidam in *Missa de die* signant solummodo librum, frontem, os et pectus ad utrumq. Evangelium et in *Missa de Requiem* non; alii vero signationem in Missa posteriori omittunt, imo in aliquibus Missalibus de Requiem aperte *scriptum* legitur: *Non signat*, qui non peccant contra Rubricas?

Utique illi non praevaricantur, qui *signant* Initium Evangelii atq. se *in utraque Missa*, nam rubricae Missalis nullam hac in caerimonia exceptionem adducunt; atq. signum crucis vix reputatur signum laetitiae, sed potius mœroris, quod merito defunctis congruit.

III. Observantur plures *altari manus imponere junctas* ante Evangelium ad oratiunculas: *Munda cor meum et labia mea* &c. item ad *Sanctus*, *Sanctus S.* post Præfationem; cœteri eas profunde inclinati tenent unice ante mensam, qui horum exequuntur rubricas Missalis?

Posteriores, qui manus utroq. in casu altari non imponunt, rubricam observant Missalis, quae sonat: „Cum dicit *Sanctus*, junctis ante pectus manibus (non tamen super altare positis) et inclinatus mediocri voce prosequitur.“

Quae ratio afferri potest pro hac cœrimonia non tangendi altare manibus? Si perpendimus tenorem oratiuncularum, per quas impositio clare est demandata, ac illum supra memoratarum preciuncularum devenimus ad convictionem, quod a) in illis relatio aliqua seu nexus cum Missae sacrificio per Jesum Xtum olim in Calvariae monte consummato et adusq. in altari litato innuitur et quod b) Salvator Noster Altare denotat, in his ante Evangelium et ad Sanctus nulla talia exprimuntur. Exempla rem illustrent. In oratiuncula 1. sub qua imponuntur manus Altari junctae et quae incipit: *Oramus Te Dne! per merita SS.* fit mentio de *indulgentia peccatorum*, ope videlicet sacrificii Missae ... In 2. *In spiritu humilitatis* memoratur claris verbis *sacrificium*; e contra in oratiunculis: *Munda cor meum; Dnus sit in corde meo* aut in trisagio: Sanctus S. S. nihil de similibus occurrit.

N. 1940.

Piis ad aram suffragiis iterum commendatur

Anima AR. Josephi Dzielski Parochi Pobiedr. ætat. 44. die 7. Jul. a. c. demortui.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 14. Julii 1859.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.